

I.

39

perunt, quos ubi, qui proximi Rhenum incolunt, ubi
 perterritos senserunt insecuti, magnum ex his numerum
 occiderunt. Caesar unâ estate duobus maximis bellis
 confectis, maturius paulò quàm tempus anni postula-
 bat, in hyberna in Sequanos exercitum deduxit. Hyber-
 nis Labienum præposuit. Ipse in citeriorem

Galliam ad conuentus agendos

profectus est.

Vid. infr. Glareani *Annotationes* pag. 15 - 44.

C. IULII CAESARIS COM-
 MENTARIORVM DE BELLÔ GAL-
 lico liber secundus.



UM esset Caesar in citeriore Gallia
 in hybernis (ita uti supra demon-
 strauimus) crebri ad eum rumores
 afferebantur: literisq; item Labieni
 certior fiebat omnes Belgas, quam

Belgarum
 in Ro. cō-
 iuratio.

tertiam esse Galliae partem dixerat-
 mus, contra populum Romanum conjurare, obsidesq;
 inter se dare. Conjurandi has esse causas. Primum quod
 uerentur ne omni pacatâ Gallia, ad eos exercitus nos-
 ter adduceretur. Deinde quod ab nonnullis Gallis sol-
 licitarentur. Partim, qui ut Germanos diutius in Gale-
 lia uersari noluerant, ita populi Ro. exercitum hyemas-
 re atque in hibernis in Gallia molestè ferebant. Par-
 tim, qui mobilitate, & leuitate animi nonis imperijs
 studebant: Ab nonnullis etiam quod in Gallia à poten-

C A